
CAROLINUM PENSUM
TRIENNII PRIMI
LIMA – 1774

Notizie diverse di Simeone



I.

✠

CAROLINUM
PENSUM TRIENNII PRIMI, *sive.*

UNIVERSÆ PHILOSOPHIÆ THESES UNA cum primis Matheseos Elementis.

PRO EXTEMPORALI EXAMINE IN REGIA D. Marci Academia subeundo omnium, & cuiusque, quæ ab Alumnis regij Divi CAROLI Convictorij subscribuntur

EX LOGICA, PHYSICA GENERALI, & PARTIculari, Methaphysica, Ethica, Arithmetica, Algebra, Geometria, Cosmographia, Geographia, Hydrographia, Geostatica, Hydraulica, ac demum Historia Philosophiæ Joannis Heineccij.

SUB AUSPICIJS D. D. JOSEPHI JOACHIMI DE VICUÑA ET YBAÑEZ, Philosophiæ Professoris in Regia D.Marci Academia, atque in eodem Carolino Theologiæ, ac Philosophiæ Moderatoris.

Limæ: ex Typographia Horphanorum. Anno 1774.



ARMORUM MARTI INCLITO HEROI,

SCIENTIARUM, ET ARTIUM IMMORTALI PATRONO.

EXELENTISSIMO D. D. EMMANUELI AMAT ET JUNIENT.

PRIMUM SUÆ PHILOSOPHIÆ CERTAMEN
O. C. D. Q.
D. JOSEPHUS DARCOURT REGII CAROLINI CONvictorii Alumnus.

ARMORUM MAVORS

Artes Portentum semper coniungere, et Arma.
Maximus es Miles, Tu Sophe Magnanime;
Animus est Tibi Cæsaris, aut Tibi Spiritus Alter:
Totus nam es Mavors, est et Apollo Tuus.

ARTIS TUMET APOLLO.

ENIGMA *ex Theor.* X.
Æquum Rectangli latus est, & quælibet Uni
SOLUTIO *ex Axiom.* 2.

Tesis Vespere propugnanda.

Anima Brutorum est immaterialis, non tamen eadem cum mente humana, sed ab ea specie diversa.

EX LOGICA.

EX 1. LOGICÆ PARTE,

ſcilicet Perceptione.

1 PErceptio, ſive ſimplex, ſive complexa, vera eſſe poteſt.

2 Perceptio, ſive ſimplex, ſive complexa, propriè & formaliter loquendo, nunquam dici poteſt falſa.

3 Perceptio, ſive ſimplex, ſive complexa, dici poteſt falſa, materialiter, ut aiunt, & occaſione ſubſequentis falſi judicij.

4 Idea univerſalis eſt quintuplicis generis.

EX 2. PARTE LOGICÆ, *Videlicet* JUDICIO.

5 Judicium eſt ſimplex mentis actus, non verò quiddam, ex pluribus ideis compoſitum.

6. Omnis propoſitio Logica ſcilicet quæ judicium aliquod exprimit, vera eſt, aut falſa.

7 Propoſitionum de futuro contingenti, & ſingulari ſibi invicem contradicentium una in ſe difinite, ſeu determinate vera eſt, altera falſa.

EX 3. PARTE RATIOCINATIONE *nempe.*

8 Ratiocinatio est quædam species judicij.
9 Ratiocinatio est simplex mentis actus, non veró quidpiam compositum ex judicijs.
10 Posito assensu præmissarum necessitatur intellectus ad assensum conclusionis quoad exercitium.
11 Posito assensu præmissarum necessitatur intellectus quoad speciem ad assensum Conclusionis.

EX 4. PARTE, *nimirum* METHODO.

12 Methodus est quædam species judicij.
13 Scientia, Fides, & Opinio non possunt simul consistere in eadem mente de eadem re.

EXERCITATIONES.

14 Logica est ars liberalis.
15 Est propriè, & simpliciter scientia.
16 Est simpliciter, & adæquate practica.
17 Logica docens, & utens sunt idem realiter habitus.
18 Voces non sunt objectum materiale per se primarium Logicæ, sed solum per accidens.
19 Conceptus objectivi non sunt objectum materiale per se primarium Logicæ.
20 Quatuor mentis operationes, quatenus ad verum dirigendæ, sunt objectum materiale per se primarium Logicæ, & quidem adæquatum.
21 Logica est necessaria ad cæteras scientias comparandas, non quidem physicè, sed moraliter dumtaxat.

EX

EX ARITHMETICA.

PROBLEMATA.

1 MUltos numeros, ſive homogeneos, ſive hæterogeneos in unam ſummam colligere.

2 Cognitis duobus numeris inæqualibus, & hæterogeneos exceſſum majoris ſupra minorem invenire.

3 Cognitis duobus numeris æqualibus, & homogeneis invenire exeſſum majoris ſupra minorem.

4 Numerum integrum, & homogeneum per alterum integrum, & homogeneum multiplicare.

5 Multiplicationem numeri hæterogenei per alterum hæterogeneum conficere

6 Numerum homogeneum, per alterum homogeneum dividere.

7 Diviſionem numeri hæterogenei, per alterum hætorogeneum elicere.

8 Fractiones ad minimos terminos, si id fieri poſsit, revocare.

9 Multas fractiones ejusdem denominatoris in unam ſummam colligere.

10 Multas fractiones diverſæ denominationis in unam ſummam colligere.

11 Integra cum fractionibus in unam ſummam colligere.

12 Multas fractionum fractiones in unam ſummam colligere.

13 Unam fractionem ex alia ejusdem denomitoris ſubſtrahere.

14 Unam fractionem ex alia diverſæ denominationis ſubſtrahere.

15 Ex integro simul & fractione fractionem aliquam substrahere.
16 Fractionis fractionem ex alia fractione, aut ex alia fractionis fractione substrahere.
17 Unam fractionem per alteram multiplicare.
18 Numerum integrum per fractionem multiplicare.
19 Numerum integrum cum adjuncta sua fractione multiplicare per fractionem.
20 Numerum integrum cum fractione, per integrum, & fractionem multiplicare.
21 Fractionis fractionem per aliam fractionis fractionem multiplicare.
22 Unam fractionem per aliam dividere.
23 Numerum integrum per fractionem dividere.
24 Numerum integrum cum adjuncta fractione, per datam fractionem dividere.
25 Fractionis fractionem per aliam fractionis fractionem dividere.
26 Datis duobus numeris, medium Arithmeticum invenire.
27 Datis duobus numeris, plura Arithmetica media prodere.
28 Arithmeticam progressionem continuare.
29 Datis extremis, & numero terminorum differentiam invenire.
30 Datis summa, & extremis Arithmeticæ proportionalibus numerum terminorum invenire.
31 Invenire differentiam, datis extremis, & summa.
32 Numerum terminorum invenire, datis extremis, & differentia.
33 Datis extremis, & differentia summam manifestare.
34 Cognitis minori extremo, terminorum numero, & summa, majus extremum designare,
35 Datis minori extremo, terminorum numero, & summa, differentiam invenire.

36 Minori extremo, terminorum numero, & differentia cognitis, majus extremum invenire.
37 Minori extremo, numero terminorum, & differentia cognitis, summam cognoscere.
38 Datis majori extremo, terminorum numero, & summa, minus extremum designare.
39 Minori extremo, terminorum numero, & summa datis, invenire majus extremum.
40 Terminorum numero, majori extremo, & summa datis, invenire differentiam.
41 Datis majori extremo, terminorum numero, & differentia, minus extremum patefacere.
42. Datis majori extremo, terminorum numero, & differentia, summam invenire.
43 Datis numero terminorum, summa, & differentia, extrema invenire.

Reliqua quæ desiderantur in Arithmetica, ex Algebra sunt petenda.

EX ALGEBRA

PROBLEMATA.

44 QUamlibet quantitatem simplicem alteri simplici addere.
45 Ex qualibet quantitate simplici aliam simplicem subtrahere.
46 Per simplicem quantitatem quamlibet aliam simplicem multiplicare.

47 Simplicem quamlibet quantitatem per aliam ſimplicem dividere.

48 Quamlibet compoſitam quantitatem alteri compoſitæ addere.

49 Ex qualibet compoſita quantitate aliam compoſitam ſubſtrahere.

50 Per compoſitam quamlibet quantitatem aliam compoſitam multiplicare.

51 Compoſitam quamlibet quantitatem per aliam compoſitam dividere.

52 Fractionem quamlibet, ſive ſimplicem, ſive compoſitam ad minimos terminos revocare.

53 Fractionem diverſæ denominationis ad eundem reducere denominatorem.

54 Fractioni, ſive ſimplici, ſive compoſitæ aliam fractionem addere.

55 Ex fractione qualibet, ſive ſimplici, ſive compoſita, aliam fractionem ſubſtrahere.

56 Fractionem, ſive ſimplicem, ſive compoſitam per alteram fractionem multiplicare.

57 Fractionem, ſive ſimplicem, ſive compoſitam per fractionem alteram dividere.

58 Quamlibet quantitatem ad datam poteſtatem formularum generalium ope evehere.

59 Cujuslibet quantitatis radicem quadratam, vel cubicam, vel quartam formularum ope extrahere.

60 Valorem litterarum, vel per additionem, vel per ſubſtractionem, vel per multiplicationem, vel per diviſionem, aut per radicum extractionem cognoſcere.

DE PRIMI ORDINIS ÆQUATIONIBUS.

61 Aliquis emit rhedam duos equos, hortum, & domum

20000.

20000. ita ut valor equorum duplus sit valoris thedæ; valor horti triplus sit valoris equorum, & valor domus sextuplex sit valoris horti: quæritur valor cujusque speciei?

62 Tres homines habent seorsim certas numerorum summas: 1. & 2. habent 60. 2. & 3. habent 120. 3. & 1. habent 100. quæritur quot quisque habeat.

63 Ætas trium hominum est annorum 160. Ætas secundi superat ætatem primi novem annis: ætas autem tertij superat ætates primi & secundi simul sumptas quator annis: quæritur ætas cujusque?

64 Mulus, & Asinus certum saccorum numerum gestabant. Si Mulus unum saccum dedisset, Asino gestasset numerum saccorum æqualem. Si veró Asinus unum dedisset Mulo, tunc Mulus duplum habuisset saccorum numerum.

65 Pastor quidam interrogatus, ¿quot haberet Oves? Respondit: si haberem tertiam & quartam partem numeri ovium quas habeo, & insuper quinque haberem 100: Quæritur quot habeat oves?

66 Invenire numerum nummorum ad quemque duorum hominum pertinentium, ita ut primus designetur per *x.* alter veró per *y.* & quidem sub ijs conditionibus. Si *x.* det *y.* quinque ex suis nummis, numerus nummorum æqualis erit in utroque: at si *y.* det *x.* quinque ex suis jam summa nummorum *x.* tripla erit summæ recidauæ in *y.*

67 Accipiter transiens dixit Columbis ramo supersedentibus: valete vos centum: at illæ statim, nos, tot ac nos, dimidium nostri, quarta pars, ac demum tu, verum te protulisse facerent: quot ergo erant Columbæ?

68 $x + y = 35.$

$x - y = 1.$

69 Emit quis Asinum, Bovem, & Equum 191. ita tamen ut Bovis pretium esset Asini pretium + 3. Equi verò pretium majus pretio Bovis 5. quot quisque fuit emptus?

70 Juvenis amicis coloquentibus salutem optat, dicens valete vos decem: at illi respondent: si nobis addas quot sumus, ac insuper tertiam partem, erimus infra triginta, quot sumus nunc supra decem.

71 Petrus dilecto suo Aurelio donat aliquot aureos, Sempronius dat eidem Aurelio triplo plures, Justinus tot eidem Aurelio donat aureos, quot duo priores simul: accepitque Aurelius 72. quot quisque dederit?

72 Lusor aliquis cum perdidisset summæ $\frac{1}{2} + \frac{1}{8}$ domum reversus numeravit residuos nummos 15: quæritur quantam summam habuerit ab initio?

EX GEOMETRIA.

EX DIFINITIONIBUS, ET AXIOMATIBUS ad Geometriam pertinentibus, sequentia demonstrabuntur Theoremata:

DE LINEIS, ET ANGULIS.

Recta linea super aliā recta consistens, aut duos deinceps rectos angulos facit, aut duobus rectis æquales.

II

II. Anguli ad verticem oppoſiti, ſunt æquales.

III. Si recta linea duas rectas parallelas ſecuerit, angulum internum externo ex eadem parte oppoſito facit æqualem.

IV. Anguli alterni ſunt inter ſe æquales.

V. Si linea recta duas parallelas ſecuerit, angulos internos ad easdem partes faciet duobus rectis æquales.

DE TRIANGULIS, QUADRILATERIS, PENTAGOnis, Hexagonis, & reliquis Polygonis.

VI. In omni triangulo, externus angulus æqualis eſt duobus internis oppoſitis: & tres ejus anguli æquales ſunt duobus rectis.

VII. In omni triangulo, angulus major eſt, qui majori lateri opponitur, & viciſſim.

VIII. Si duorum triangulorum latus unum uni, & alterum alteri ſit æquale; ac præterea anguli illis lateribus contenti etiam ſint æquales, æquabuntur quoque & baſes, & tota triangula.

IX In omni triangulo duo quælibet latera tertio ſunt majora.

X. Parallelogrammorum oppoſita latera ſunt æqualia, & anguli, uti & partes per diametrum factæ.

XI. Parallelogramma ſuper eadem baſi, & inter easdem parallelas conſtituta, ſunt æqualia.

XII. Omne polygonum dividi poteſt in tot triangula, quot habet latera.

DE CIRCULO.

XIII. Diameter ad chordam, ſeu ſubſtenſam, perpendi-

cularis eam secat bifariam.

XIV. Si per extremum diametri terminum ducatur perpendicularis ipsi diametro, ea circulum in hoc solo puncto tanget.

XV. Angulus ad centrum duplus est anguli ad circumferentiam, si eidem arcui insistant.

XVI. Angulus segmenti, qui fit à linea tangente circulum, & chorda per punctum contactus ducta, æqualis est angulo, qui fit in segmento alterno.

XVII. Omne polygonum circulo circunscriptum æquale est triangulo rectangulo, cujus alterum crus est æquale radio circuli, alterum veró, toti peripheriæ polygoni.

XVIII. Omne polygonum ordinatum, seu regulare, (quod nempe fit ex æqualibus circuli chordis) circulo inscriptum, æquale est triangulo rectangulo, cujus alterum crus, æquale est periphæriæ polygoni, alterum veró perpendiculari, á centro, ad quodvis polygoni latus demissæ.

DE PROPORTIONIBUS.

XIX. In proportione Arithmetica, summa terminorum extremorum, est semper æqualis summæ mediorum.

XX In proportione Geometrica productum extremorum æquale est producto mediorum.

XXI. Triangulorum æquiangulorum latera, circa æquales angulos, sunt proportionalia, & vicissim.

XXII. In triangulis rectangulis perpendicularis ab angulo recto in basim demissa facit duo triangula sibi invicem, & toti similia.

XXIII. In omni triangulo rectangulo quadratum hypotenusæ est æquale quadratis laterum simul sumptis.

PRO

PROBLEMATA.

73 DAtis tribus terminis Geometricè proportionalibus invenire quartum per regulam auream.
74 Inter duo extrema invenire medium proportionale.
75 Datis duobus numeris invenire tertium proportionale.
76 Datis aliquot terminis Geometricè proportionalibus invenire terminum quemcumque datis proportionalem.
77 Datis terminis primo & ultimo, ſimul & ratione cuiuſvis progreſsionis Geometricæ, invenire ſummam totius progreſsionis.
78 Si plures ſocij, inito negociationis conſortio, certam pecuniæ quantitatem contulerint, ut proportionale lucrum ab unoquoque reportetur, invenire modum, quo hoc fiat.

PRAXIS GEOMETRIÆ.

79 In dato puncto rectæ lineæ angulum efficere æqualem alteri dato.
80 Ex puncto in linea dato, perpendicularem exitare.
81 Ex dato extra lineam puncto perpendicularem ad illam lineam ducere.
82 Per datum punctum ducere parallelam lineæ datæ.
83 Inter datas duas lineas,mediam proportionalem invenire.
84 Dato triangulo, æquale parallelogrammum rectangulum efficere.
85 Dato parallelogrammo, æquale quadratum conſtituere.
86 Aream triangularem metiri.
87 Parallelogrammum rectangulum metiri.
88 Figuram polygonam metiri.

89 Circulum metiri.

90 Metiri parallelopipedum, vel prisma, vel cylindrum, vel pyramidem, aut conum.

91 Sphæram metiri.

EX PHYSICA
GENERALI.

92 ESsentia corporis physici, & naturalis consistit in actuali extensione, solida, & impenetrabili: unde corpus definitur substantia in longum, latum, & profundum extensa, solida, & impenetrabils.

93 Non datur materia prima Peripateticorum.

94 Nec datur forma substantialis Peripateticorum.

95 Nec tria Cartesij elementa sunt principia corporis phisici.

96 Nec Gassendistarum atomi.

97 Nec Quorundam Philosophorum entia simplicia verè dici possunt primaria,& insansibilia corporis naturalis principia.

98 Materia constat ex corpusculis solidis, & impenetrabilibus, atque in longum latum, & profundum extensis propria cuiusque corporis, insensibilibus tamen; seu est ipsa congeries corpusculorum ex quibus corpus constat.

99 Materia nec in infinitum, nec in indifinitum, ex mente Cartesianorum, est divisibilis.

101 Necessario debet dari vacuum in rerum natura.

102 Ignis constare videtur ex tenuissimis corpusculis in pernicissimo motu constitutis, sulphurea, & nitrosa corpuscu-

pusculа, quibus iunguntur, exagitantibus.

102 Aer elementaris non ex Solis vaporibus, aut fumis componitur; sed ex partibus longe tenuioribus, quasi filamentis, quæ in ætherea substantia fluitare videntur.

103 Verisimilius est aquæ particulas esse oblongas, teretes, leves, ac flexibiles.

104 Vis elastica corporis á materia subtili, per illius poros fluente satis apte repetitur.

105 Omnis motus á fluidis corporibus ducit initium.

106 Solus Deus est causa efectrix propria, & primaria omnis motus.

107 Gravitas corporum potissimum á minoribus, & angustioribus, nec non paucioribus eorumdem poris, atque aeris crassioris, simul & subtilis eisdem incumbentis, quem ætherea substantia, seu subtilissimus aer (qui in perpeuto motu ab Authore naturæ positus est) trudit, præssione repeti posse videtur.

108 Effectus omnes, qui à Peripateticis ad metum vacui referri solent, ex solo aeris pondere, vel elaterio proveniunt.

109 Qualitates inertes, seu passivæ, ut asperitas, mollities, ex partium magnitudine, figura, & situ sunt deducendæ.

110 Qualitates actuosæ dictæ, ut olor, lux, & alia huiusmodi in partium motu, & profluvijs substantialibus consistere videntur.

111 Natura luminis consistit in substantia fluidissima, & agilissima per totum mundum diffusa, quæ oculos nostros afficit, quandiu in illos fertur per impulsionem corporis alicuius igniti.

112 Colorum natura in varia Luminis reflexione, aut refractione posita est.

EX PHYSICA
PARTICULARI.

EX PHYSICA PARTICULARI, IN QUA ſimul tradduntur Coſmographiæ, Geographiæ, Hydrographiæ, Geoſtaticæ, & Hydroſtaticæ principia.

113 SPhæra armillaris deſcribitur.
114 Præcipua mundi ſyſthemata Pelomei, Tyconis, & Copernici explicantur.
115 Syſthema Gopernici propugnari poteſt ut hypoteſis.
116 Antiquum, & novum orbem deſcribere.
117 Maria deſcribere.
118 Invenire latitudinem terreſtrem.
119 Invenire longitudinem terreſtrem.
120 Natura fulminis, non ſecus ac pulveris pyrij, eſt præcipue nitrum, ac ſulphur: ubi de alijs meteoris ignitis.
121 Iris in nube rorida, aut globis aqueis, è nube dilabentibus formatur.
122 Iris in parte Soli oppoſita ſemper apparet: ubi de reliquis impræſsionibus emphaticis.
123 Æſtus maris reciprocus á Luna atmoſphæram præmente recte repetitur.
124 Salſitudo maris à particulis ſalinis aquæ permixtis repetitur.
125 Fontium origo, vel á mari, vel á pluvijs, vel á vaporibus ſubterraneis repetitur.
126 Vis Magnetis directrix, attractrix, & comunicatrix per

per profluvia substantialia eiusdem poros subeuntia probabiliter explicatur.

127 Plantarum origo à seminibus cuiusque plantæ ortum suum habere videtur.

128 Animalia omnia nascuntur ex ovis, aut ex aliquo ovo simili.

129 Omnis sensatio, ut visus, adoratus gustus, &c. ope nervorum ab organo ad cerebrum protensorum medijs spiritibus animalibus perficitur.

SOLVENTUR SEQUENTIA STATICÆ PROblemata.

EX GEOSTATICA.

130 STateram Romanam, qua corpora diversi ponderis uno, eodemque æquipondio librantur, construere.

131 Data distantia ponderis à fulcro, & distantia potentiæ à fulcro ex altera parte, & pondere invenire potentiam.

132 Data potentia, & duabus distantijs invenire pondus.

133 Per rotas dentatas vim vectis multiplicare.

134 Data potentia, periphæria cochleæ, & distantia helicum invenire pondus.

135 In trochlea, cuius funes sunt inter se paralleli data potentia, & numero funium, invenire pondus.

EX HYDROSTATICA.

136 INvenire gravitatem liquidi vg. Vini.

137 Invenire gravitatem solidi per immersionem in liquido.

DE

DEMONSTRABUNTUR ETIAM SEQUENTIA Theoremata.

EX GEOSTATICA.

XXIV Æqualia duo pondera, æquali á fulcro distantia vecti appensa, erunt in æquilibrio.

XXV Quoties duo pondera, ex utraque parte vecti appensa, inter se sunt in ratione reciproca molis, seu ponderis, & velocitatis, seu distantiæ á fulcro erunt in æquilibrio.

XXVI Ut se habet distantia radiorum ad distantiam semidiametri peritrochii, sic se habet pondus, quod extremitati semidiametri peritrochii applicatur, ad potentiam.

XXVII In cochlea potentia est ad pondus, sicut distantia helicum, seu spirarum ad periphæriam cochleæ.

XXVIII Si in trochlea omnes funes sint inter se paralleli potentia est ad pondus, ut unum ad numerum funium.

EX HYDROSTATICA,

XXIX IN duobus canalibus, seu tubis communicationem inter se habentibus aqua infusa eamdem in utroque servat altitudinem, cuiuscumque sint figuræ.

XXX Liquida diversæ speciei, seu gravitatis, ad altitudinem inæqualem se substinebunt pro ratione gravitatis.

XXXI Ut corpus grave substineatur in aqua, major potentia non requiritur, quam ea, qua corpus grave æqualem liquidi molem superat.

EX

EX METHAPHYSICA.

EX 1. PARTE METHAPHYSICÆ, ſive Onthologia.

138 ENS prout definitur *per ſe ſubſiſtens* eſt univocum reſpectu Dei, & Creaturarum.

139 Animalitas, & rationalitas in eodem homine realiter inter ſe diſtinguuntur.

140 Non datur univerſale in eſſendo á parte rei, neque datur in prædicando; datur tamen in repræſentando.

141 Eſſentia creata non diſtinguitur realiter á ſua exiſtentia.

142 Subſiſtentia non eſt entitas poſitiva naturæ addita, & realiter ab ipſa diſtincta.

143 Nulla cauſa creata corporea poteſt ágere indiſtans.

EX 2. PARTE METHAPHYSICÆ, SEU PNEUmatologia.

DE DEO.

144 EXtat in nobis idea Dei innata.

145 Exiſtentia Dei argumentis methaphyſicis, phyſicis,& moralibus demonſtratur.

146 Prælibantur varia circa attributa Dei.

147 Deus ſutura omnia certiſsime novit.

148 Creatura eſſe poteſt cauſa occaſionalis creationis.

149 Alienum á ratione videtur creaturam poſſe creare, ut cauſam principem, quæ nempe propria virtute operetur.

150 Creaturæ omnes egent directa Dei conservatione.

151 Deus concurrit cum voluntate creata ad omnes, & singulos illius actus.

152 Deus voluntatem creatam physice movet, ac præmovet præmotione generali.

153 An Deus voluntatem humanam in actibus liberis, qui naturæ vires non superant, præcertimque in malis, physice speciali motione præmoveat, nec ne? Sufficiet nobis ambarum partium præcipua retulisse argumenta.

DE ANGELIS.

NAtura Angelorum explicatur, variaque quæsita proponuntur, levique digito tangentur, nempè, utrum Angelorum existentia ad Fidem Christianam pertineat? Utrum Angelorum existentia ratione naturali demonstrari posit? Utrum Angeli ante mundum coporeum fuerint conditi? Utrum diversæ Angelorum species á Deo fuerint conditæ? Utrum Angeli moveri posint? Utrum Angeli conoscant visibilia simul, & invisibilia? Quomodo Angeli sibi invicem colloquantur.

DE MENTE HUMANA.

154 MENS humana definitur, *substantia spiritualis, & cogitans ad imaginem, & similitudinem Dei creata, corporique regendo accommodata, & substantialiter unita.*

155 Mens humana à corpore distinguitur; estque spiritualis, & immortalis.

156 Nulla cogitatio, sive sit rerum à materia abstractarum,

sum, sive sit reflexa, sive sit libera, sive denique sit rerum materalium potest esse á materia.

157 Mens humana semper cogitat; adeoque cogitatio actualis est de essentia animæ.

158 Anima rationalis demonstrari potest immortalis.

159 Intellectus, & voluntas nec ab anima, nec inter se realiter distinguuntur.

DE ANIMA, ET COGNITIONE BELLUARUM.

160 Bruta non sunt merè automata, sed vere sensu, & perceptione gaudent.

161 Perceptio appetitus, & sensatio Brutorum non possunt esse á materia.

DE PHILOSOPHIA MORALI, SEU ETHICA.

Philosophia Moralis definitur: *scientia practica, seu prudentia, quæ circa actus humanos quatenus ad honestatis regulas intuittu felicitatis æternæ, conformandos occupatur*. De Bono generatim. De sumo hominis Bono, ciusque beatitudine. De natura virtutis moralis in genere. De Prudentia. De Justitia. De Fortitudine. De Temperantia. De Pasionum, seu affectuum animi utilitate. Ad quid profiqua sit admiratio. De amoris, & odij fine, ac interpretatione. Ad quem usum sit cupiditas. Ad quid lætitia, & mœror conferant. De regimine pasionum earumque generalioribus remedijs. De libertate humana, seu

actuum

actuum humanorum. De bonitate, & malitia actuum humanorum. De humanorum actuum regulis. De hominis erga Deum munere. De hominis officio erga se ipsum. De officijs hominis erga alios homines servandos.

Hæ 214. Propositiones defenduntur in prædicta Regia Academia D. Marci Die 4. Mensis Mayi Anni Domini 1774.

A

D. Thoma Rivero.
D. Ludovico Belles.
D. Bartholomæo Orduña.
D. Petro Ignatio Visuete.
D. Petro Josepho Mendez.
D. Josepho Xaras.
D. Ludovico Santiago.
D. Cajetano Eraso.
D. Joanne Josepho Gnizasola.
D. Gregorio á Paredes.
D. Josepho à Paredes.
D. Francisco Theves.
D. Emmanuele Davila.
D. Francisco Zegarra.
D. Mariano Orue.
D. Barnaba de Landa.